1515° d. 2. Junij —

# Joannes Konarski Secretarius Joanni Konarski Episcopo, Cracoviensi Patruo —

73

Rndme in Christo Pater et Dne
Dno a Patrue Beneficentissime
Nos hic tam pertinaci mora, domicillium jā
contraxisse videri possumus, et id quidem incer:
:ta adhuc spe. Cæsarei adventus, quam etsi
Rndmus Dominus Cardinalis Gorcens. frequen:
:tissimis literis polliceatur, diem tamen quē
scire Regia Mtas maximopere cupiebat, non
ascribit communem. Eāpropter Serenmus
Dominus noster, cum Fraterna Mte nunti:
:um misit ad Cæsaream Mtem, Doctorem
Balbum qui hinc, nudius tertius profectus
est, de Die Conventūs aliquid certi relaturus
Cæsarem ad hanc diem esse, Auguste Vestra
Rndma Dominatio certò sciat, qui seu ven:
:turus sit, seu Fraternæ necessitudinis, et no:
:væ hujus affinitatis vinculum, legibus fæde:
:ris per internuntios obfirmandum censue:
:rit. Nos tamen hinc, (: ut jam brevissimum
tempus suspicer :) ad integrum, cum dimidio

Mensem

cum dimidio mensem, pedem procul dubio non movebimus. Magnifici Domini: Palatinus Vilnensis et Castellanus Radomiensis tam diuturnae Caesareae cunctationis pertaesi; alter Viennam, alter vero ad Thermas profecti sunt. Multi Aulici, levandi animi causa, Budam concessere, plerique etiam mei Ordinis viri solatii gratia, propediem, alii alio profecturi, mihi ne uno quidem passu à Rndmo Domino Thomitio Episcopo Premysliensi discedere in animo est. sunt enim sua singulari in me pietate, meo servitiorum numero, qui non ad oculum tantum Principi praesto sunt, et plus calamo, si quod maxime semper cupiebam, quam longa semper statione. Regiae in Di, et praefato Rndmo horis meis servio, putoque indies, magis, ac magis, auctam iri famulatus mei occasionem, quum scilicet ex hoc tam intempestivo otio in Patriae optatissima negotia revertemur. Interim Rndme Domine, incredibilem hic sumptum facimus, et quod perinde molestum est, mira difficultate fructus omnis comparat. à Pesto namque, nulli jam avenam propriis Curribus convehi oportet. Ceteras quoque

in res omne

quoque in res omnes, tantum impendimus
quantum in tam diuturno, tantarum Gen:
:tium Conventu, necesse est, quod non mo:
:do mihi, cui et mediocres fortunae sunt, et
parum jam est Viatici, Verum etiam Prae:
:divitibus, Primarijsque Proceribus Regni,
permolestum, ac pene intollerabile videtur
hujus autem rei benignam rationem, Vestrã
Rndmam Dnem habituram confido, cujus qui:
:dem gratiã, Medius quartus, ad eam proprio:
:um Nuntium misi, qui ut munifice et beni:
:gne dimmissus, cito, ad me redire valeat, Ve:
:stram Rndmam Dominationem, ut Dominũ
meum Clementissimum etiam, atque etiam
oro, et obtestor, Cui me humillime commen:
:do, jam diutissime valere desiderans. Datt
Posonij, Die Secunda Mensis Julij Anno Do:
:mini Millesimo, Quingentesimo Deci:
:mo Quinto —